Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Letabor ego super eloquia tua · sicut qui inuenit spolia multa 7

Iniquitatem odio habui & abominatus sum · legem autem tuam dilexi 7

Septies in die laudem dixi tibi · super iudicia iustitiae tuae 7

Pax multa diligentibus legem tuam · & non est illis scandalum 7

Expectabam salutare tuum dne · & mandata tua dilexi 7

Custodiuit anima mea testimonia tua · & dilexi ea uehementer 7

Seruaui mandata tua & testimonia tua · quia omnes uiae meae in conspectu tuo 7

TAU · SIGNUM UELCONSUMMATIO 7 Scorum

Ipse deniq· populus xpi anus laetus est tum quam qui inuenit spolia multa · super eloquia di · quae iudaeis non credentibus adutilitatem proprie salutis accepit 7

Septies laudat dm per diem · cuius mens perdurans in pleno splendore et ad illum septimum diem festinat qui est sabbatorum 7 id est requies aeterna 7 super iudicia · quia parcet uidelicet supplicanti · et sic pius est humilibus ut non solum culpas dimittit · sed etiam aeterna premia eis largiatur 7

Expectabat aduentum xpi sca di ecclesia · et mandatis eius dilexit · id est dm · et proximum diligere uelle 7

Seruat mandata et testimonia quia uias di recto cursu incedit 7 nec quicquam in actu uel dicto aut cogitatu agit · quod diuina contemplationi habeatur indignum 7 quia omnes uiae meae · negat ergo errorem praeuidere potuisse · qui se profitetur respicere auctorem luminis 7

Dicit enim se odisse iniquitatem · quod fas est non homine iniquum atq· eam sic abhominatam fuisse · ut longe a se redderet alienam 7 quatenus legem di perfecte uolun tate diligeret 7

Necesse est enim ut diligentibus legem xpi · pacis gaudia concedatur 7 Et non est illis scandalum · utq· quiuere diligit legem di nunquam patitur scandalum · id est aliquid sinistrum 7 Scandalum enim pati est · a electis di segregari 7

Custodiuit · ad tollerantiam pertinet martyrii 7 Dilexi uero · ad caritatem conuenit · quae flammas uincit · gladios superat · et caelesti uirtute cunctis descendit 7 et ideo uehementer dicit · quia perfecta dilectio non habet modum 7